

AD PEREXIMIUM ET PRÆSTANTISSIMUM  
DN. JOHANN. TOB. ENZELIUM,  
SS. THEOL. CULTOREM INDUSTRIUM,  
DE JUSTIFICATIONE, ET FIDE JUSTIFICANTE,  
PUBLICE DISPUTATURUM.

**M**AGNUM in sacris literis *Unitatis, & Encomium, & Privilegium, & Mysterium* est. *Encomium*, quoad divinam prædicationem, & commendationem; *Privilegium*, quoad divinam exornationem, & immunitatis confirmationem; *Mysterium*, quoad Eminentem conditionem, & sublimem cognitionem. Multis illud explicari posset: Sed pauca delibasse, modo sufficiat. *Unicus* est *Deus*, & omnium rerum verus *Creator*, & *Conservator*. *Unicus* est exoptatissimus inter *Deum*, & *Homines* peccatores *Mediator*, & *Horum Salvator*. *Unicum* est hujus *Mediatoris salutiferum meritum*, tanquam *unicum sacrificium*, & omnium malorum remediū. *Unicum* est *Dei Verbum*, & efficacissimū nostræ *salutis medium*, quod dicitur *Unica Dei Veritas*. *Unicum* est nostræ *restorationis, veræ salvationis, Organum*, quæ salutem in *Verbo* celeriter, & firmiter apprehendat, nim. *Fides Justificans*, quæ jure dicitur Ὁ ὄρα-  
νον Ὁ ὄρανον, & omne bonum hæc sola nobis proprium efficit. *Unicum* veræ *justificationis artificium*, una *salutis ad Gratia, Gloria, Regnum Via*. Hæc, & alia plurima *Gloriosum Unitatis Encomium, Privilegiū, & Mysterium*, indicantia, juxta *Scripturam, Tibi, PEREXIMIE ET PRÆSTANTISSIME DN. RESPONDENS*, grata sunt, & propria, tuumq; *Cognomen* non absq; *fato* respiciunt, & inferunt. Nam hæc omnia, tanquam *Nomini Tuo hereditario* nativa, *Tibiq; præ multis aliis, jure Nominali, competentia*. Laude proinde dignum, quod *sedulam Tui Nominis rationem attendis, & studio non vulgari* singulis diebus *Unitatis sublimioris Mysteria* prudenter intendis, ac ad *planiorē, & pleniorē eorū notitiā* contendis. Hac vice *Gratissime JUSTIFICATIONIS, & FIDEI JUSTIFICANTIS Unitatem* piis tuis *Meditationibus, & Academicis collationibus* destinasti, cum *Articulus Justificationis* sit *prora, puppisve* totius *Christiana Religionis*. Bonum hoc *Factum!* Perge tuis in *laudatissimis conatibus!* *Christus & ipsius Justificationis, vel salutis Αεχνηός, & Fidei Justificantis Αεχνηός, η̅ς Τελευτη̅ς*, hanc tuam *pietatem, sedulitatem, & sacra discendi cupiditatem*

tem